

Auhlnnatöö

366351

De eo, quem habet
in sermone Latino,
casus accusativus usu
scripsit
Henricus Hiedell.

Hiedell, Henricus.

Käesolevale tööle on 1. det. 1931.
määratud prof. Bergmanni poolt
asutatud auhind.



Tartu ülikooli Sekretär

D321858

Auhinnatöö

366 351

1

Casu accusativo quo celebrius utimur, eo magis
miramur veteres grammaticos hoc nomen ei posu-
isse, Isidorus Episcopus in primo originum libro
vocem accusativi his verbis explicat:

Accusativus (sc. dictus casus), quia per eum
aliquem accusamus, ut accuso hunc magist-
rum. (Cf. Isid. Hisp. Episc. orig. l. I, 40).

Quae verba Isidori nobis testimonio sunt, etiam
eum non recte de hac re indicasse. Nam non ver-
bum accusandi solum cum casu accusativo con-
iungimus, sed permulta alia verba, quare intel-
legere non possumus, cur de accusando et non
de alio verbo huius casus nomen sumptum sit.

Maxime autem verisimile est grammaticos vocabu-
lum Graecum non recte in Latinum convertisse.

Primum quidem casus accusativus Graeco vocabulo
πρώτος ἀιτιατικῆς respondere videtur, nam ἀιτιόμαί
est Latine accusare. Sed vocabulum ἀιτία non tam

accusationis quam causae habet significationem.

Qua de causa causativum potius eum casum vocemus, quem accusativum veteres grammatici Latini vocaverunt. Casum causativum in duas partes dividere possumus. Possunt enim eo casu significari et eae res, quae agendo afficiuntur et quae efficiuntur agendo, veluti:

Scriptor scribit librum (liber efficitur scribendo),

sed: scriptor legit librum (liber iam effectus legendo afficitur).

Existat autem tertius quoque accusativus usus, quod e verbis: Romam ire apparet. Roma enim neque efficitur neque afficitur eundo, sed potius finem eundi significat. Hunc accusativus usum latinum nominare possumus. Ad latinum explicandum primum accedamus.

Antiquissimis temporibus Romani latino saepius

sine utebantur et dicebant: urbem ire pro: in urbem ire. Postea praepositivibus usi sunt, ut latinum a causativo distinguere possent.

Nomina urbium autem cum praepositivibus non iungebantur, ut etiam nunc dicamus Romam ire. Suetonius memoriae tradidit Augustum nomina urbium cum praepositivibus coniunctis se, quod verisimile est eum fecisse ut distinguere posset: Carthagine (i. e. in Carthagine) a: Carthagine (i. e. e Carthagine) vel: Athenis (i. e. in Athenis) ab: Athenis (i. e. ex Athenis). Ommino earum rerum lativus cum praepositione in non coniunctus ad nos pervenit, quibus circumdamur. Dicimus: domum ire et: rus vehi. Ad exemplum Romam eundi Romani etiam alia nomina urbium praepositione in non coniunxerunt. Praeterea latino semper sine ulla praepositione adiuncta utuntur, cuius usus exemplum Vergi-

lius in inveniunt Aeneide praebet, scribit enim:

Italiam pro: in Italiam.

Latius etiam in supini usu nobis servatum est.

Possumus enim e participio perfecti passivi unius, cuiusque verbi nomen quartae declinationis derivare, veluti passus e verbi pandere participio est derivatus et gratulatus e participio verbi gratulari. Cuius nominis ceteri casus non existant, accusativus servatus est, quod vix quisquam intellegebat supinum nil aliud esse quam accusativus nominis e participio verbi derivati. Nihil igitur interest, utrum Romam convenire an gratulatum convenire dicamus, ut Caesar in tricesimo capitulo primi libri commentariorum de bello Gallico compositor scribit.

Nonnunquam nomina, quae litteris io terminantur cum lativo coniunguntur. Haec quoque nomina e participio perfecti passivi sunt derivata. Non

solum recte dicere possumus: domum redire,

sed etiam: domum reditio, et Caesar scribit

in suis de bello civili commentariis verba:

magni domum concussus fiebat (Cf. Caesar,

b. civile 1, 53, 3). Nonnulla verba intransitiva,

quae cum accusativo coniungi non solent,

praepositionibus ^{prae} antepositis cum accusativo

coniungere possumus, veluti: transire flumen,

quod dictum est pro: trans flumen ire, vel:

exercitus flumen traductus est, quod dictum

est pro: exercitus trans flumen ductus est.

Apud poetas invenitur nonnullis locis accusativi usus, qui ad lativum spectat. Dicit exempli causa Vergilius Aeneam esse os unumque

deum similem. Si mente verba illa participio quor-

dam, veluti spectanti, supplemus, haud difficile est intellegere hunc accusativi usum e lativo

ortum esse. Tali accusativo, quem accusativum

2

limitationis nominare solemus, iam Indi uteban-
 tur, quorum e lingua inter multas alias etiam
 Graecorum et Romanorum linguam ortam esse
 omnes scimus. E verbis दमनो नाम ब्रह्मर्षिः (i. e.
 damano nāma brahma ṛṣiḥ vel Latine: pius vates
 nomen Damanaḥ), et Graecis verbis: ἀνήρ Ἀδυναῖος
 Ἐεροῦ (τὸ) ἕνεκα collatis apparet eundem
 usum in lingua Indorum atque Graecorum ex-
 stare. In sermone Latino hic accusativus raro
 nobis occurrit, crebrius apud poetas. Quod cum
 Graeco accusativo limitationis congruit, accusa-
 tivum Graecum eum nominare solemus. Mirari
 possumus Catonem, quo vis maior fuit morum
 Graecorum adversarius in primo libro originum
 hoc accusativo Graeco (uti) usum esse, nam verba
 eius: togae parte caput velati eiusdem sunt sig-
 nificationis ^{atque} ~~quam~~ Graeca verba: καὶ ἄνθρωποι περὶ τῆν
 κεφαλὴν. Quem accusativum Graeci usum Caesarem

(vitasse), Ciceronem aliosque scriptores Romanos
 vitasse scimus. Quod ad ablativum limitationis
pertinet, quo Romani plerumque uti solebant,
etiam hunc iam in lingua Indorum invenimus
 qui utroque casu, accusativo et instrumentali
 utuntur. Ablativo Latino instrumentalem inesse
 iam veteres grammatici Latini intellexerunt,
 quod apparet e verbis Donati: Quidam absumunt
 septimum casum, qui est ablativo similis, sed
 sine praepositione ab, ut sit ablativus casus:
 ab oratore venio: septimus casus: oratore ma-
 gistro utor. (Cf. Donati ars gramm. l. II, segm. VIII)
 vel e verbis Maximi Victorini grammatici, qui
 instrumentalis usum his verbis explicat: Septi-
 mus casus est, qui quasi speciem ablativi ha-
 bet, nec tamen ablativus est; quippe ipse per
 accusativum liquidius explicatur, veluti cum
 dicimus: nos terra vel mari vectos; non utique a

3

terra vel mari, sed per terram vel per mare.

Uterque igitur, accusativus et ablativus limitati-
onis - alter ex accusativo limitativus alter
ex instrumentali - ex non, quem habet in lin-
gua Indorum, explicandus est.

Quibus vinculis lativus et causativus coniunc-
ti sint, non satis liquet. Tamen lativo nescio
quam affinitatem cum causativo intercessisse
negandum non est, cum uterque littera eadem
terminetur.

Etiam causativi usus, ut iam diximus, in duas
partes est dividendus, prout res affecta aut effecta
significatur.

Ad eum, quo res affecta significatur, usum accu-
sativus exclamationis est referendus, cuius usum
si recte percipere volumus, verbum mente supplere
debemus, veluti: me miserum (sc. videte)! Non
nunquam accusativus exclamationis cum adverbio

9
ecce coniungitur, maxime in comediis. Eccum
compositum est ex: ecce et: hum (i. e. hunc),
eccam ex: ecce et ham (i. e. hanc).

Ex, quo res effecta significatur, causativi usus
duae significari possunt res. Aliud est: Vitam
beatam vivere atque: urbem condere. Nam in
primo exemplo id, quod efficitur, iam verbo
inest, in altero alia res efficitur. Eum usum,
quo effectus agendi causativo continetur, fi-
guram etymologicam nominamus; exstat etiam

in Graecorum lingua: $\alpha\lambda\alpha\delta\iota\sigma\tau\omicron\nu\ \epsilon\gamma\gamma\omicron\nu\ \epsilon\gamma\gamma\acute{\alpha}\nu\ \delta\alpha\delta\iota\sigma\tau\omicron\nu$. Sed non modo dicere possumus: vitam
vivere vel risum ridere, sed etiam dulce ridere
(Graece: $\eta\delta\upsilon\ \gamma\epsilon\lambda\lambda\upsilon$), ut scribit Horatius in
noto illo vicesimo altero primi libri carmine:
Dulce ridentem Lalagen amabo, dulce loquen-
tem. Ex eo usu illi, qui loci et temporis
vocantur, accusativi derivandi sunt. Nam

si pro: longam vitam vivere: centum annos vivere
dicimus, habemus accusativum temporis.

Postea, ut aliis locis, etiam accusativo tem-
poris cum praepositione per coniungebatur,
quod autem non semper fieri debebat. Possu-
mus enim dicere: Graeci decem annos vel per
decem annos Troiam oppugnaverunt. Simili
ratione accusativo loci est explicandus, si
pro: longum iter ire dicimus: decem milia
passuum ire. Elocutio: mille passus a castris
hostium abesse ex eodem usu est derivata.

Interdum id, quod verbo efficitur, pronomine vel
adiectivo in sermone Latino exprimimus, veluti,
si dicimus: id rogare, interrogare, orare aliquem.

Eodem pertinent verba Caesaris, quae inveniuntur
in quinta paragrapho capituli quadragesimi pri-
mi de bello gallico libri: ... quos tamen aliquid
onus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sub-

levaret. In omnibus autem exemplis, quae
nunc attuli, duos invenimus accusativos.

Habemus enim nonnulla verba, quae cum du-
obus accusativis coniunguntur, de quibus nunc
loquamur.

Orare aliquem aliquid: Verbum dictum est ab
ore, ut primam loquendi habet significationem, et
solet cum duobus accusativis coniungi, quorum
altero, quem oramus, altero, quod oramus, signi-
ficamus. Elocutio: oro te hoc e duabus elocu-
tionibus: (contamin) oro te et: oro hoc composita
esse videtur. Id, quod oratur, pronomine vel
adiectivo significatur. Etiam precari cum
duplici accusativo iungitur, potest autem
etiam dici: precor aliquid ab aliquo, quomo-
do verbo petendi, si habet orandi significatio-
nem, semper utimur. Petere aliquem est: aggre-
di aliquem et: petere urbem idem fere significat

atque: in urbem contendere. Qui accusativi
 ex latini usu facile possunt explicari. Petere
 enim idem est, quod graece: πέποισι, i. e. volare.
 Habemus igitur latinum cum petendo coniunc-
 tum, quo finis petendi sive volandi significa-
 tur. Possumus igitur dicere et: petere urbem
 et: petere aliquid, i. e. ^{ad} aliquid capiendum
 aduolare, aliquid valde cupere vel desiderare.
 Ad hanc elocutionem accedit is, a quo nescio
 quam rem accipere desideramus. Arustianus Mes-
 sias in exemplis elocutionum ex Vergilio, Sallustio,
 Terentio, Cicerone collectis affert libri undecimi
 Aeneidis versum trecentimum duodesexagesimum,
 in quo Vergilius scripsit: veniamque oremus ab
 ipso. - Eodem modo, quo ad verbum orandi duo
 possunt accedere accusativi, etiam rogare et inter-
 rogare cum duplici accusativo coniungi possunt,
 si ea res, quae interrogatur vel oratur pronomine

vel adiectivo exprimitur, sed possumus etiam
 dicere: rogare vel interrogare aliquem de aliqua
 re. Hic quoque duplex accusativus ita explica-
 dus est, ut, cum = et: te rogo et: hoc rogo
 dicere possimus, nil obstat, quin rogo te hoc
 dicamus. Etiam: sententiam rogare aliquem
 e duabus elocutionibus componitur. Ex eo, quod
 sententiam rogari dicimus, apparet hunc accu-
 sativum usum ad: vitam vivere referendum esse.
 Quaerere, quod propriam interrogandi significa-
 tionem non habet, cum duplici accusativo non
 coniungitur, sed dicimus: quaero a (de, ex) aliquo
 aliquid, i. e. responsum.
 Verbis, quae postulandi habent significationem,
 eodem modo in sermone Latino utimur, quo
 petendo et quaerendo. Possunt autem poscere
 et flagitare etiam cum duplici accusativo con-
 iungi. Dicit enim Caesar in suis de bello Gallico

commentariis: haec esse, quae ab eo postularet
(l. I, c. 35, 3), sed alio loco: Interim cotidie
Caesar Haednos frumentum, quod essent publice
polliciti, flagitare (l. I, c. 16, 1).

Etiam docere et celare cum duplici accusa-
tivo iunguntur. Docere pueros litteras persph.
cum est lex: docere pueros et: docere litteras
compositam elocutionem esse. De celando Aru.
sianus Messius haec scribit: Celat illum, quem
occultat. Virg. Aen. 8: Silvio genitor celarat Ale-
sum. Celatus qui fallitur et ignorat. Terent.
Hecyra: Nosne hoc celatis tandem? Celat te
de hoc. Cic. de Signis: Dixit cupisse te celare
de phaleris. (Cf. Arus. Mess., exempla elocut. s.v.)
Alter eorum, quibuscum celare iungitur, accusa-
tivus est igitur ex significatione fallendi exple-
candus, alter ad elocutiones: rogare, orare aliquid
referendus. Sed, siquidem Arusianum Messium sequi-

mur, etiam dici potuit: celare aliquem de
aliqua re, ut dicere solemus in passivo: celare
de aliqua re.

Nonnulla verba ita cum duplici accusativo
iunguntur, ut alter alterius quasi appositivus
esse videatur, veluti: Romani Cincinnatum
dictatorem dixerunt, i. e.: Romani (creaverunt)
dixerunt dictatorem, Cincinnatum. Habemus
etiam ambas accusativi vel causativi signi-
ficationes, nam Cincinnatus dicendo afficitur,
dictator efficitur. Si hoc exemplum in pas-
sivum transferimus, ex accusativo duplici fit
nominativus duplex, quod appositio, cum eo,
ad quod spectat, nomine congruere debet et
numero et genere et casu. Itaque aliter dici non
potest quam: dicitur dictator, Cincinnatus,
i. e.: Cincinnatus dictator dicitur. Eodem modo
verba: appellare, vocare, nominare, creare, habere,

erit, ubi
intellectus
rit

facere, efficere, reddere ceteraque cum duplici accusativo vel in passivo cum duplici nominativo coniunguntur.

Etiam, qui ad nos pervenit, accusativum: partim ad hunc accusativi usum referre possumus, veluti: libros, quos mihi dedisti, partim legi, i. e.: legi libros, partem. Partim dicebant Romani, quod non iam recte intellegebant hanc vocem nisi aliud esse, quam eius vocabuli accusativum, (quod) antea nominativus: partis (a partiendo) fuisse debet. Eadem de causa, ut antea demonstravimus, Romani supinum, quod est quartae declinationis nominis accusativus, praepositione in non affecerunt.

Omnia, quae cum causativo coniungi possunt, verba transitiva nominamus.

Finem scribendi faciens profiteor me ad hanc dissertationunculam conscribendam nullis aliis libris praeter grammaticam Latinam a Friderico Stolz et J. H. Schmalz, viris doctissimis scriptam et corpus grammaticorum Latinorum veterum usum esse a Friderico Lindemann editum. Item neminem in absolvendo opere me adiuvasse confiteor praeter eos viros doctissimos atque humanitatis plenos, qui a puero ad antiquitatis studium me incitaverunt, quibus maximam debeo gratiam.

Henricus Hedell.

N.

penes:
Reil

366 351

Auhlnziöö

Hiedell, Henricus.

De eo, quem sermone,
Latino...

1931